



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De filijs Godefridi de Louanio magni Ducis. Cap. LVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

solus erat in Ecclesia S. Michaelis, instituta  
esset. Tū verò clerici & charitate & euidenti  
necessitate cogente, Patri Norberto & fratri-  
bus eius, per manum Episcopi, hāc ecclesiam  
cum quibusdam redditibus dederunt, confi-  
dentes quòd Deus meritis illius & fratrum  
mortiferæ pestis auferret sāuitiam. Et clerici  
in eodem oppido aliam sibi ecclesiam ædifi-  
cauerunt. Audiētes ergo verbum fratrum, &  
videntes opera, quidam compunēti, viri &  
mulieres, corpus Dominicum, quod vel in  
cistis vel foraminibus per decem aut quin-  
decim aut eo amplius annos abdiderant,  
reportabant.

Ecbertus Abbas S. Florini in Sconaugia  
scripsit sermones xiiii. contra Catharos hæ-  
reticos, qui supererant ex fæcibus Taucheli-  
ni de Flandriæ partibus, ut scribit Trithemius <sup>ad annum</sup>  
<sup>1163.</sup> in Chronico Hirsaugia.

*De filijs Godefridi de Louanio magni Ducis.*

C A P. L V I.

**G**ODEFRIDVS de Louanio moriens  
duos reliquit filios, sed qui mox cum  
moriendo fecuti sunt. Legitur enim in anti-  
quissimo codice Parcensis ecclesiæ: An-  
no 1040 obiit Godefridus Dux magnus.  
Anno 1041 obiit Henricus Comes,  
filius eius. Anno 1042 obiit Gode-  
fridus Dux Iunior, frater Comitis H.

11. Lotha-  
ringie &  
Brabantie  
Dux Gode-  
fridus Iunior.

Obiit autem Henricus Comes conuersus  
monasterij Affligemensis. Cui etiam bona  
quædam

quædam contulit, vt declarat subsequens charta: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego Henricus filius Dux Godefridi Dux Lotharingiæ & Comitis Louanij ob declinandas miserandas & ærumnosas huius seculi procellas, ad monasterium Affligemense quasi portum salutis confugi; vbi Deo & sanctis Apostolis eius Petro & Paullo, sub præsentia Domini Petri Abbatis, & totius congregationis, adstantibus hominibus meis, meipsum in monachum offerens, allodium quod apud Sichne & Rode, iuxta Werde, ex patre meo me liberè contingebat, & cōmune cum fratre meo Duce Godefrido, patris meis successore, possidebā in aquis & pascuis, in campis & siluis, & in omnibus ad ius nostrum pertinentibus, pro anima patris mei, & matris meæ, & Clarissæ sororis nostræ, & pro meipso, & pro prædicto fratre meo Duce Godefrido, & sororibus meis Aleide Regina Angliæ, & Ida Comitissa, & pro omnibus parentibus & amicis, in eleemosyna tradidi.

*De sacra militia GODEFRIDI III. contra  
Sarracenos.*

III. Lotba-  
ringie &  
Brabantie  
Dux.

C A P . L V I I .

A N N O C I D . C . LXXXIII. vt habent antiqui codices pergameni, Dux Godefridus perrexit Ierusalem: vbi cruce signatus, multa